



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. Difficilis est propter crebas occasiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

Difficultas.

AT tibi præ ceteris, mi Neo-paroche, ad æmulationem, & gloriam Angelicæ Sanctimonix majori studio enitendum est, quòd ob singulares causas ad eam pertingere tibi futurum sit difficilius: nam primò euocaris ex eo loco, vbi plurima stabant tutandæ pudicitix propugnacula, scholarum optimi magistri, Marianarum Sodalitatum exercitationes, Superiorum, qui à latere, & in oculis perpetuò aderant, vigiles curæ. Nunc verò immitteris in liberum campum, ad pestilentem auram, vbi remotis arbitris, & censoribus effrænes passionés, præsertim libidinum, impunè magis vagantur, & potentiùs abripiunt, præsertim juvenilem tuam ætatem, quæ ignem oleúmque subministrat; vt totus non magno negotio in flammam abeas. Deinde (quod
caput

caput est) ad ardendum incentiva in-
posterum crebrius incident, & vehe-
mentiùs incitabunt, vel ex domestico
foeminarum contubernio, vel ex ali-
quarum nonnunquam familiaritate,
prætextu quodam pietatis; nonnun-
quam verò ex necessario subsidio offi-
cii pastoralis. Nihil periculosius ad
maufragandum, quàm istæ Syrtes,
Scyllæ, Charybdes. Præterea domum
aduentant, aliæ nescio quid negotio-
rum acturæ: aliæ in templo consiten-
tes audiuntur ad aurem nullo teste,
nullo arbitro, non rarò locis, & tem-
poribus obscuris, coniugatæ, viduæ,
puellæ, nonnunquam etiam lupæ.
Nemo non videt, quàm ista, præser-
tim si in animum minùs castum incur-
rant, primò validè succutiant, deniq;
deturbent. Res loquitur, & vtinam
tacerent exempla. Quare meritò
Concil: Trid: sess: 25. de reform: c. 14.
prohibet quibuscunque Clericis, ne
Concubinas, aut alias mulieres, de qui-
bus

bus possit haberi suspicio, in domo, vel extra, teneant, aut cum illis ullam consuetudinem habere audeant, alioqui vult, vt poenas à sacris Canonibus vel statutis Ecclesiæ impositas incurrant. At necesse est, inquires; vt, nisi Pastoris personam, aut munus depenam; cum foeminis verfer, subinde etiam conuerfer. Quid tunc agam? Clypeum, & loricam indue, vt vel hostile telum retundas, vel infringas, vel ictum saltem euites. armis, & præsiidiis hîc opus est, acriterq; decertandum, ideo Palladem Virginitatis Deam, antiquitas armatam esse finxit. Verùm ista persequi iam non vacat, ad libri calcem quædam necessariò dicenda mihi erunt; audies; si placet.

N V M: III.

Sobrietas.

Sobrietas ebrietas, nomine affines, re maximè repugnant: illa castitatis amica, hæc inimica. proli-

XIII